

1509 primis Januarij

Ex Orig. Arch. Regni

343

Privilegium Sigismundi Regis Nico-  
lao Mikolajowicz Radziwit super Opi-  
da Goniqer et Deythrood post Glin-  
ski datum.

77  
iv

In nomine Domini amen. Ad perpetuam rei  
memoriam. Tunc unusquisque Princeps Maxi-  
mus munificentiam et liberalitatem, virtutem  
sibi peculiarem, preclarior, prestantiusque exer-  
cet. Cum illos qui de Republica Consilio et Ope-  
ra benemerentur dignis Stipendiis remunere-  
ret. Et quicquid illis perpetuo concesserit,  
id literarum artificio corroborat. Proinde Nos  
Sigismundus Rex Dei Gratia Polonie, Magnus  
Dux Lithuanie, Russie, Prussie, Samogithie  
Dominus et Heres. Significamus tenore pre-  
sentium quibus expedit, Universis et sin-  
gulis presentibus et futuris harum noti-  
ciam habituris Quomodo Nos attendentes  
non solum egregiam fidem, sincerumque affe-  
ctum ac imperis obsequiorum Magnifici  
Nicolai Mikolajowicz Radziwit Palatini Tro-  
censis sincere Nobis dilecti, ac suorum maio-  
rum quibus erga nos et divos antecessores, vide-  
licet progenitorem et fratres nostros plurimum  
se se reddiderunt commendatos. Verum etiam  
in prospectu habentes singularia ejusdem Ni-  
colai Palatini Trocensis benemerita de Repu-  
blica hujus Nostri Magni Ducatus cui sepe

1001  
numero alto Consilio suo nobis adnuncians studio:  
le et prudenter subvenire nititur horum et aliorum  
benemeritorum intuitu sibi ac suis legitimis suc:  
cessoribus omnibus, bona nostra Ducalia, videlicet  
Opida Gonięci et Raybrod vulgariter nuncupa:  
ta in terra Bielsensi sita, que quidem bona  
Michael Glinshi proditor magniducatus Lithwa:  
nie ex donacione Serenissimi Principis Domini  
Alexandri olim Regis Polonię, et Magni Ducis  
Lithwanię ac predecessoris et germani nostri cha:  
rissimi iure hereditario tenebat et possidebat. Et  
tandem deficiente ad nos legitime devoluta de  
certa sciencia, liberalitate et gracia Maiesta:  
tis nostre ac de Consensu et Consilio Consilia:  
riorum nostrorum Magni Ducatus nostri dedi:  
mus, donavimus et contulimus, ac per teno:  
rem presentium damus, donamus, et conferi:  
mus in perpetuum Per Ipsum Nicolaum Pa:  
latinum Trevesensem eiusq; uxorem liberos  
ac ipsorum omnem legitimam posteritatem  
supra scripta Bona seu Opida Gonięci et Ray:  
brod dicta cum totis eorum districtibus, atque  
cum omnibus boiariis Gonięciensibus et Ray:  
brodrensibus et servis alias putheremy exceptis  
Duntaxat Nobilibus, Terrigenis in Districtu  
Gonięciensi consistentibus, qui olim Serenissi:  
morum Regum et Magnorum Ducum prede:  
cessorum nostrorum Jura et Privilegia super  
Bona sua habent videlicet Vitholdi Sigis:  
mundi genitoris nostri, Karimiri et Fratris

Alexandri data et concessa, nec non cum omnibus  
 civibus, Villis, Villanis, earumq' advocatis, et Ecce-  
 liarum Parochialium ibidem collationibus, et ge-  
 neraliter cum omnibus hominibus liberis et illi-  
 beris, utriusq' sexus, domibus, tabernis, areis ortis,  
 horeis, Curis locatis et denuo locandis, Campis,  
 pratis, agris cultis et incultis, Silvis, borris, Ne-  
 moribus, mellificatoribus, mellificiis, apibus  
 et melle ex eis proveniente, saltibus gavis, me-  
 ricis subetis, ferarum et presertim bisontum  
 castorumq' venacionibus accupis, fluviis, flu-  
 minibus, Stagnis, lacubus, piscinis umariis,  
 piscibus, molendinis quibusvis constructis et  
 infuturum construendis et eorum emolumen-  
 tis stacionibus, podvodis, censibus, daciis, solu-  
 cionibus grossorum mellis mardurum fru-  
 mentorum et generaliter cum universis et  
 singulis utilitatibus fructibus attinenciis et  
 obventionibus aleas uehody quomodolibet  
 ad predicta Bona ex antiquo pertinentibus  
 que nunc sunt et infuturum humana in-  
 dustria excogitari, fieriq' possunt, ita late  
 longe et circumferencialiter prout hec Bona di-  
 cta Gorniger et Raybrod in suis limitibus seu Gra-  
 nicibus ab antiquo sunt distincte et limitata  
 cum omniq' Jure dominio et proprietate. Nihil  
 ibem Juris domini et proprietatis pro Nobis et  
 Successoribus Nostris peritus reservando tener-  
 dum habendum pacifice possidendum, eis uti-  
 fruendum, dandum, donandum, commutandum

obligandum, vendendum, alienandum, inscribendum  
resignandum, et in suos successorum suorum usus  
arbitrarios et beneplacitos, prout eidem ipsi Nicolao  
Mikotajowicz Radziwil Palatino et successoribus suis  
melius et utilius videbitur expedire, libere converten-  
dum tenore presentium mediante perpetuo et  
in eum. In quorum omnium testimonium et robur  
sigillum Majestatis nostre Magniducatus Lithwanie  
presentibus est subappensum. Actum et Datum Vil-  
ne in Conventione Generali feria quinta ante Festum  
Epifaniarum Domini proxima Anno Domini mille-  
simo Quingentesimo nono. Regni nostri Anno  
Tertio. Presentibus ibidem Reverendissimis in  
Christo Patribus, nec non magnificis et Generosis  
Dominis Alberto Vilnensi, Martino Mednicensi  
Episcopis, Nicolao Radziwilowicz Palatino Vilnen-  
si, et Cancellario magni Ducatus Lithwanie Du-  
ce Alexandro Jurjowicz de Olschany Castellano  
Vilnensi et Capitaneo Presencensi Tenutariog  
in Dunya, Stanislaw Janowicz Castellano Tro-  
censi et Capitaneo Generali Samogithiensi. Sta-  
nislaw Chlebowicz Palatino Potocensi, Stani-  
sław Pietrowicz Capitaneo Grodnensi et Marschal-  
co nostro, Joanne Mikotajowicz Radziwil Marschal-  
co et Tenutario in Stonym, Joanne Sopieha Mar-  
schalco nostro et Supremo Secretario magni Du-  
catus Lithwanie nec non Tenutario in Vytkepsko  
et Praartaw, Alberto Janowicz Marschalco nostro et  
Magistro Curie Serenissime Domine Regine nec non  
Tenutario in Lowno et Bielsko, Georgio Glynicz Mar-  
schalco, Tenutariog in Lyda et Byelura, Alberto Nar-  
butowicz Marschalco et Tenutario in Ora et Jarwony Pe-  
tro Olechnowicz magistro Coquine nostro Magni Ducatus  
et Tenutario in Skiersnomony, et aliis quibuslibet con-  
siliariis et luriensibus nostris stare et fidelibus dilectis testibus  
ad premissa.

Sigismundus Rex subscripsit

Kopia ta przepisana z oryginalu Pergaminowego 1705 R<sup>o</sup>  
w K<sup>o</sup>pie przy K<sup>o</sup>rtym Pieczęcie jedne na sinurku czerwonym z napisem